1

Fr. Franciscus Valerianus Wodzysowicz Artium et S. Th[eologi]ae Doctor, Provinciae Russiae et M[inor] ... Minister Provincialis et Commissarius Generalis Ord. Mino. Con. S. Francisci

Dilectis in Christo filiis A. Rndis Rndis Vndis Venerabilibus Patribus et fratribus Provinciae nrae Russ. et Lit. Spiritus S. gratiam, pacis utriusque augmentum felicitatis aeternae in diuturna saeculorum serie retributionem superni et ultimi finis finalem assecutionem. Et si plane oraculum divinum sit quod multiplicitas legum magis debilitet, confundat variet non vero firmet corroboret et statuant legem observantiamque eiusdem: ad si pro opportunitate Regionum Provinciarum temporum locorum de novo aliquae leges omnino fundatae super universalibus legibus condiantur augmentum gloriae Dei salutem consummatam animarum Religiosae observantiae incrementum nemo est sanae mentis, qui neget quod operentur. Hoc namque providentes S. Vbles Constitutiones, ideo Congregationes Capita pro legibus Generalibus Generalia pro Provincialibus Provincialia fieri permiserunt. Cum igitur multa sancita salubria et aeternitate digna, pro bono Provinciae per Venbile Diffinitorium in nostra Congregatione Szczebrzesinensi sint statuta, et si non nulla satis liquido pateant in nris Consti[tutioni]bus Urba[nis] ab aliquibus tamen noluit scire ut aliquem excusent ab observantia qui a nemo novit peccatum nisi per legem, quod cognitive non confusive sumendum putamus. Ideo aliqua pro nunc promulganda, publicanda per Custodias et Conventus censuimus ex munere officii et conscientiae nrae praeter ea quae pendent a Resolutione Curiae Romanae et Congregationis Capitularis Religionis nrae quae suo tempore manifestanda erunt. Et

Primo ex Sess[ion]e 2da supplicante Pre Francisco Tyrawski ab antiquis poenis ut patet in anterioribus Decretis per misericordiam Venbilis Diffinitorii relaxari et rehabilitari Vndum Diffinitorium quoniam idem P. Tyrawski ad bene merendum et poenitendum in Conventu Zamoscensi per labores Concionatorios collocatus, et ex eo nunquam recedere ad ulteriorem resolutionem eiusdem Vndi Diffinitorii sententialiter fuit novissime de facto impetrata pro duabus septimanis licentia, per multas septimanas non rediit et in multis in itinere deliquit ideo eandem misericordiam differendam esse censuit, et eidem in Conventu Zamoscensi vel ubi censuerit A. R. P. Provincialis, in concionibus vel aliis occupationibus Regularibus labore et ulteriorem misericordiam promereri iniunxit omnem emendationem per sui poenam conniventiam ab eodem expectando unde nunquam abscedat, vel dislocetur sine expressa Vndi Diff. licentia nisi forte visum aliter fuerit necessitate expostulante A. R. P. Provinciali

2do Ex Sess[ion]e 3tia occurrendo multis absurdis levitatibus inconvenientiis, quae passim pullulare oriuntur et succedunt, ex impressione librorum, ordinationum cum summo discordiae et confusione divini officii per Fres nros sine praevia attamen praesumpta licentiosa, irregulari facultate superiorum Vndum Diffinitorium ad tollendos eiusdem abusus prohibet in [illegible] Consti[tutioni]bus Urba[nis] sub poenis in ipsis Concilii Lateranensis sess. lo et Tridentino sess. 4 de Canonicis scripturis expressis et aliis arbitrariis a R. P. Provinciali reservatis ut nemo praesumat cuiuscunque ille sit dignitatis vel praeeminentiae quidquam imprimere nisi de eiusdem expressa licentia aut in gravioribus materiis etiam ab ipso Rndmo Pre Generali petenda, et aliis de iure et consuetudine servatis servandis.

3tio Ex Sess[ion]e 3tia Aedificia sive nova fabricas magni momenti et expensarum multarum non construantur sine consilio Patrum Conventus et assensu expresso A. R. P. Provincialis sub poena privationis officii et aliis poenis praeter eas quae irrogantur in Const. Urbanis, ut nemo superior ad hoc vel aliquid aedificet vel ob aliam necessitatem aliquid oppignorare vel debitum contrahere praesumat sub poenis privationis officii aliisque arbitrariis nisi forte assensus fuerit expressus pro evidenti necessitate Conventus A. R. P. Provincialis

Ex Sess^e 3tia V^{da} Diffin^m occurendo praesumptiosae ambitioni, quae oritur ex Titulorum indebitorum licentiosa usurpatione decernit, in futurum moderandos et semper in omnibus Actis Provae et Conventuum Titulos iuxta Constit^s urb^s in cap 3 Reg. Tit 16 § 6 et antiquam laudabilem in Provia Consuetudinem Ut videre licet in Actis Capitulorum bonae memoriae A.R.P. Provalis Alberti Ghisa, nempe Titulus Adm Rndi scribatur A.R.P. Provali Patribus Provincialibus item Diffinitoribus perpetuis Magistris per lecturas et Conciones promotis, alii aut Pres Magistri, Diffinitores, Custodes, Guardiani, Concionatores Titulo Rndorum sint contenti, Reliquis autem Sacerdotibus Vndorum Titulus scribatur, in privatis aut Epistolis privatorum, serventur eadem Constit. Titulo de mittendis et recipiendis litteris

Ex Sess^e 2da R.P. Hieronimus Plozay, ex confessis, et probatis declaratur reus damnorum Conventui Leopoliensi et ad satisfactionem tenetur

Ex Sess^e 4ta R.P. Justus Burdinski, ob aliquos defectus incursos in Lituania tam tempore officii quam extra offi^m poenis multis de iure subiacuit quas tamen Vnd^m Diff^m mitigando iniunxit eidem, ut Charismata meliora mereatur per suos labores prout ab A.R.P. Provali eidem praescribetur. Idem tamen Pater Justus absolutus est ad Cautelam ab excommunicatione in Bullis alienantium contenta, et interim scriptum est pro eodem ad Sac Congre^m pro absolutione ipse tamen tenebitur se expurgare Canonice a non nullis, quae sunt ipsi obiecta, similiter absolutus est totaliter, per A.R.P. Provalem ex Commissione speciali Rndi P. Gnalis a Censuris declaratis in Causa R.P. Maczewski pro nunc Bernardini et aliorum in Conv^u Vilnensi rebellionem molientium, prout in Processu patet confecto per A.R.P. Mgrum Benedictum Sprusslinski pro tunc Provalem, quae omnia ex processu verificata fuerunt liber igitur ab eadem Causa perpetuo declaratur

Ex Sess^e 5ta Antonius Rudakowski Lituanus, ob multa scandala et enormia delicta declaratur irregularis, et suspensus a divinis debetque petere absolutionem immediate a Sso et poenas iniunctas Paterne ab A.R.P. Provali et a Toto Vndo Diffin^o approbatas cum hac tamen conditione ut nunquam postea in Lituan. revertatur sine expressa licentia Rndi Pris Gnalis petenda tamen ab A.R.P. Provali alias obtenda sine scitu Provae omnino irrita fiat

Ex Sess^e Ultima. In Provam alienam nullus superior inferior A.R.P. Provali vel eiusdem Commissario audeat licentiare Fres, sicut nec Pres Gardiani in alienam Custodiam, nisi iuxta Constit urb sub poena privationis offici

Ex eadem Sess Vnd^m Diffin^m recipit in Filios Provae Pres Franciscum Podkacki Ignatium Korsak et Paulum Zaleski Patrem vero Accursium Jaksinski in filium conv^{tus} Drogicinensis alii vero assignandi sunt Conv^t ab A.R.P. Provali in futura Deo dante visitatione Statuitur Contributio pro Patribus Regentibus tam in partibus Russiae quam Litu quod commissum est A.R.P. Provali conceditur licentia ab A.R.P. Provali omnibus Superioribus localibus Provae nostrae uti possint ad Habitum recipere in suis Conventibus praeditos bonis qualitatibus in Constit urb descriptis sed eosdem statim ad Novitiatus formales mittant Conv^t aut Drogicinensis conservatur circa concessionem factam in praeteriti Capitulo Leopoliensi proxime celebrato ut in eidem Rndi Sacerdotes seculares et Fr Laici adulti tamen tantum recipiantur ibidemque Novitiatum perficere et Professionem Religiosam solennem servatis servandis emittere valeant

Vnd^m Diffin^m explanavit difficultatem circa Paritatem Provae quam nemini ex Patribus Diffinitoribus tam Magistris quam non Magistris attribui censuit praeter Pres naturales Provinciarum

9 Patres Guardiani nunquam emant vel confici faciant Habitus pro se et Fratribus de Mezzelano sed de panno vel alia materia Religiosa eosdemque Habitus semper attendat consui ad uniformitatem descripta in Constit urb et usitatam in ordine et Prov nra difformes autem habitus et cordas grossas omnino

reprobat Ven. Diff.m sub pœnis grauissimis A.R.P. Prouli reseruatis

2

14.o Ven. Diff.m attenta paucitate numeri Familiarum Conuentuum prouidendo Ut maior frequentia Chori habeatur, P.res Concionatores qui nondum examen debitum iuxta Regulam et Constit. absoluerunt, ad seruitium Chori in officio Diuino (excepto nocte quo actu prædicant) obligandos esse censuit sub pœnis contra negligentes circa diuinum officium. Concionatores autem Conuentuum Custodiorum teneantur irremissibiliter sicut et P.res Diffinitores Perpetui interesse omnino tam Primæ, quam Vesperis et Completorio sicut et exercitiis scilicet disciplinæ et Processionis arbitrariis Superioris localis maxime vero subtractionis conscientiæ

15 Pro Apostatis et excommunicatis ob maxima scandala enormia delicta et in famem latam promulgamus P.rem Melchiorem Radaskiewicz P.rem Januarium Lachowicz et Fratres Laicos Albertum Lithuanum Ambrosium pro fugam ex Proa Polona Jacoborum Cigara Bernardinum Strak talesque promulgari publicari per omnes Conuentus Custodiarum mandamus. Quod si aliquis Superior resciuerit alicubi commorari ex prædictis aliquem, talem curam gerat Ut eosdem capiat et ad Conuentum Custodialem remittat quibus tamen Paternam nostram Charitatem non subtrahere pollicemur Quod si libere Conuentus redierint arbitrio superiorum salutari pœnitentia imposita Paterne recipiantur

Hæc pro nunc notificamus et iniungimus A.A.R.R. P.P. Custodibus Ut præsentem litteram Manifestatoriam in loco Refectionis publicent publicatam per Con.t Custodiarum propriarum transmittant et in Actis Con.t ingrossari faciant. Paternam iterum nostram benedictionem impartimur Datum in Con.tu Nostro Medereceni die 19 Martij A. 1668

Locus Sigilli

Fr. Franciscus Valerianus Wojdyło-wicz Minister Proalis Russiæ et M. D. Lithuaniæ m.p.

Fr. Bartholomeus Przymalski Diff. perpetuus Secretarius et Assistens

Hæc omnia Ut ad amussim obseruentur Ad. Ven. P.ri Guardiano Cameneci huic mittimus Datum in Con.tu nro Custodiali Camenecensi die 13 Maij 1668.

Fr. Greg. Joannes Bonicki Custos et Guard. Camenecensis m.p.

Pw Cosh Osm'cnecssi